LIBRI QVARTI METEOROLOGICON SVMMV
LA SAMVELIS TABONIDIS HEBREI PRAE
CLARISSIMI PHILOSOPHI EX VER
BIS ARISTO. ET AVER. EXPO
SITIONE COMPACTA:

INTERPRETE EXI
MIO ARTIVM ET
MEDICINAE DO
CTORE M. IA
COB MAN.
HEBREO.

Ad Illuſtriſſ. Herculem Conſagam Principem Mantuanũ Prefatio in librũ quartũ Meteorũ Tabonidis: Ex hebraico in latinum conuerſum a Iacob Mantin medico hebreo.

n Vper Illuſtriſſ. Princeps Dñeq; Reuerẽdiſſ. tuus Eruditiſſimus Io. Frãciſcus Furnius me iterrogauit. An repiretur apud nos ſermone hebraico aliqua comẽtatio Auer. ſup libros meteorũ pter illã ſummulã quã latini habent: cui reſpõſum de dicꝫ extat penes nos quędã alia Paraphraſis Auer. quã etiã latini obtinẽt quę eſt ſatis mutillata ex arabico in hebraicũ cõuerſa a Samuele Tabonide hebreo philoſopho qp pe pclariſſimo & i ea facultate trãſferẽdi eximio: interptatus nãq; eſt cuncta Auer. opa ex harabica in hebraicã linguã. Teſtatur igitur & ipſe in pfatione iterptatiõis primi libri meteorũ Auer. ſe nõ inueniſſe codices Auer. cõpletos neq; locuplete cõpoſitos i huiuſcemodi libros meteorũ: Et quoniã celeberrimus ille Doctor. D. Petrus Põpõacius ordiarie philoſophiã i Gymnaſio Bononiẽſi pfitens (cuius diſciplinã tua generoſa pſona hauſit) quottidianas lectiones nũc quarti meteorum legat: qui liber inuenitur apud latinos cũ expoſitiũcula Auer. iſcripta textuq; eiuſdẽ ſub textu Ariſtotelis ficte collocato: opus ſanè incõpoſitũ impceptibileq; & a tota philoſophorũ ſchola execrabile: Ideo tua mens bonarũ litterarum ſolers: & tãq ab ipſa ueritate & ratione inſtigata: putauit huiuſmodi: editionẽ tã incultã minime poſſe tãto uiro aſcribi uel fuiſſe ſaltẽ uitiatã: Quare iuſſit me trãſferre illã expoſitionẽ cuiuſcũq; fuerit authoris, ſi cõſtaret apud nos: quapp ut mãdato tuo illico parerẽ (neq; negligere rem fas erat) ſtatim iterptatus ſum de hebraico i latinũ idioma quartũ librũ meteorũ illius Samuelis Tabonidis: qui quidẽ cõdidit magnũ opus nũcupatũ ab eo opiniones philoſophorũ in totã philoſophiã naturalẽ & methaphiſicalẽ: in quo cõtinẽtur oẽs ſentẽtię Ariſt. & Auer. una aggregatę ordine exactiſſimo: neq; utitur in ea aliis uerbis q̃ auerroyſtis ex ſuis ſũmulis uel mediis: aut magnis cõmẽtariis excerptis: Quãobrẽ ille: q librũ quartũ meteorũ traduxit i ſermonẽ latinũ fecit mixturã ex ſũmula Auer. & ex hac Tabõidis ſũma: ut ſibi placuit: & nedũ cõfundit: imo mirũ imodũ rẽ alterauit: ita ꝙ ex mixtione alteratorũ fecit unionẽ cõfuſam & initelligibilẽ: Verba tñ Tabõidis eadẽ fere ſũt cũ uerbis Auer. cũ nihil uel parũ d ſuo addat: Admiratiõe attñ nõ mediocri affectus ſum cur ille ppam interpręs nõ ſimulauit idem i tribus pcedẽtibus libris meteorũ ipſius Tabonidis queadmodũ i hoc quarto. ꝙ aũt res ita ſe habeat: ut expoſui. T. D. R. facile iudicare unuſquiſq; poterit ſi hãc noſtrã interptationẽ Tabonidis cũ illa ficta a defraudatore illo conferat. Tu aũt uale & puinciã litterariã a te ſumptã pſequi uelis & Vale.

SVMMVLA TABONIDIS SVPER QVARTVM LIBRVM METEORVM IACOB MAN. INTERPRAETE CAP.XIII.

PROHEMIVM.

Onſentaneū modo eſt facere ſermonē de uirtutibus actiuis & paſſiuis. Dicamus ergo ꝙ cū in ſecūda parte huius operis iam ꝑdixerimus cūcta corpora cōſtare ex quatuor elemētis: & hęc per uirtutes actiuas: & paſſiuas eſſe elementa: generationēq; corporū ſimilariū partiū: fieri ex horū mixtione: Opus igitur eſt pertractare in hac parte dę generibus uirtutū actiuarū quę concurrūt ad generationem corporū particulariū de generibuſq; paſſiuarū quę ſe habent ad illa ut differentię particulares. Narrabimus ergo hęc in iſta tertia parte: cū iam ſupernę affectionis fuerint a nobis antea enarratę. Hoc.n. ordine tradita fuerūt in libro Ariſtotelis: & oſtēdemus quo pacto referunt in generatione ad uirtutes actiuas: uidelicet quomodo cōgelatio uel reſolutio ſe habeant ad caliditatem & frigiditatem.

℄ Principium. 4[i]. Meteorum.

T dicamus ꝙ iā narrauimus uirtutes actiuas eē caliditatē & frigiditatem: ꝙ aūt hę ſint actiuę: ſignū eſt qa agūt in cōpoſitis retētionē & cōgregationē: Diſgregationēq; & terminationē atq; figurā: & alios ꝑter hos effectus: Idētidē humiditas & ſiccitas ſunt paſſiuę uirtutes: cuius rei indiciū ſumitur: qa recipiūt paſſionē: a uirtutibus actiuis: ob quas cūcta quoq; cōpoſita recipiūt paſſionē. Propriū aūt calidi eſt ea quę eiuſdem generis ſunt aggregare atq; retinere. Quemadmodū eſt frigide aggregare quę diuerſi exiſtunt generis atq; eiuſdē generis retinere: Sicut humidi eſt facile retineri ab alio difficileq; a ſe ipſo retineri: eſt quoq; ei promptū paſſionē recipe. Cū tamen nō ꝑmaneat cū ea forma quā recipit: quia uidelicet citiſſime deletur ab eo. Sed ſicci propriū eſt difficile ab aliis retineri tñ retinetur ſuapte natura reſtatq; ea forma quā obtinet. Neq; debet quiſpiā contra nos inſtare circa ea q̄ diximus. uidelicet humidū & ſiccū eſſe uirtutes paſſiuas. cū ſiccū uideatur generare ſiccū: humidūq; humidū: Quemadmodū calidū efficit calidū & frigidū frigidū. Quoniā cū dicimus frigidū & calidū eē uirtutes actiuas: id quidem dicimus ſi cōparētur ad indiuidua ſubſtātię q̄ generātur: ita ꝙ calidum & frigidum aggregant ad ſe inuicē elemēta eaq; admiſcent donec fiat ex eis aliquod ens: Humido igitur recipiūt paſſionē mixtionēq;. Sicco uero corpulētiā: & cōſiſtentiā. Hinc igitur eſt ꝙ hęc ad agere: illa uero ad pati referātur.

℄ Cōſiderandū ergo eſt circa id quod in diffinitione harū uirtutū dictū fuit: & qd ſibi uelit/ cū dicimus de eis difficultatē paſſionis. aut facilitatē. cū ignis ſit ſiccus: & tñ nō difficile retinetur ab alio: imo cōſpicimus ipſum recipere figurā eū circuētis.

℄ Sūmatim ergo dicamus. Elementa ſimplicia: neq; difficile recipe retentionē: & figurā a calido & frigido ratione ſicci: neq; facile id recipere ratione humidi. Nō.n. ſunt nata retineri inter ſe mutuo/ ipſis exiſtētibus ſimplicibus: neq; habere figuram & cōſiſtentiā. Sed hāc quidē paſſionē habent ab illis uirtutibus in ipſis compoſitis ratione qua cōponuntur & admiſcentur agentibus generanturq; & corrūpuntur: Quapp facile pati in corporibus humidis nihil aliud eſt q̄ ipſa eſſe prompta recipe augmentū quātitatis eiuſdēq; decrementū: Aqua etenim & aer recipiūt denſitatē & raritatē ratione calidi & frigidi. Nihil aūt aliud eſt rarū & dēſum q̄ exceſſus quā

titatis eiuſq; defectus: Tenue autem inſequitur raritatem denſitatē: uero craſſum. Eſtq; tenue cuius forma facile: denſum cuius difficile ſeparatur a materia: Corpora nāq; tenuia facile labuntur ad corruptionem: Craſſa uero ecōtra: Denſitas autem aeris fit quādo ipſę naturę aquę adherere proximus exiſtit quod i uaporibus nubis perſpicuū eſt. Aquę uero denſitas fit quū ad naturā terrę accedit: ut in niuę cōtingit. Raritas ergo horū eſt ecōtra. Hinc fit ꝙ cū terra ſit ſūmę denſitatis & groſſitiei: nequaq̄ poteſt obtinere minorē quātitatē: Ignis uero cū ſit maximę raritatis & ſubtilitatis. nō poteſt recipe maiorē quātitatē: Conueniens ergo eſt dicere facilitatem paſſionis: atq; difficultatē in his ſimplicibus: indicare hoc uidelicet eſſe cauſam: ut facile uel difficile cōpoſita recipiant figurā & terminationē. Quemadmodū differentię exiſtētes in eis ſunt cauſa eorū q̄ ſunt cōpoſita in ipſis cōpoſitis: His ergo ſic habitis reuertamur ad id unde digreſſi fuimus.

¶ Et dicamus ꝙ cū oſtēderimus horū elemētorū duo eſſe actiua: duoq; paſſiua iā conſentaneū eſt enarrare genera actionū actiuorū generaq; operationū paſſiuorū.

¶ Et dicamus generationē & corruptionē ſimplicem naturalē. uidelicet quę eſt in prędicamēto ſubſtātię: eſſe trāſmutationē cōuenientē rebus cōpoſitis naturalibus: ex cōuenienti mixtioni harū uirtutū inter ſe inuicē in materia cōpoſiti: & hoc ē manifeſtū in oībus: Obtinētq; generationē & eſſentiā & pficiūtur quū uirtutes actiuę uincūt paſſiuas: Corruptionē uero quādo uincūt paſſiuę actiuas cuſtodes: & forma geniti depditur: & in uniuerſum dico generationē fieri quū nō aderit contrarietas: iter actiuas uirtutes & paſſiuas. Corruptionē uero ecōuerſo. ſ. cū cōtrarietas aderit ſupantq; paſſiuę uirtutes: & hoc inductiue in oībus natura cōſtātibus arteq; confectis: haberi poteſt. Virtutes nāq; actiuę agunt in paſſiuas adeo ꝙ faciunt ipſas eſſe aptas recipe formā diuerſam ab eis ſpetię uel genere: & dū pmāſerit illa forma cuſtodiens uirtutes paſſiuas: eo modo quo ſunt natę pmanere cū forma pdurabit eq dē genitū. Si uero illa forma ita debilis fiat ut diſpoſitionē q̄ i materia exiſtit cuſtodire nequeat tūc materia erit apta recipe aliā formā: & corruptionem primę formę: Aptitudo aūt formę ad recipiendā aliā formā fit proculdubio pp alterationem inconuenientē: q̄ accidit ipſi formę exiſtenti in materia. Forma uero exiſtens in materia prout eſt forma cōplexionalis prouenienſ ex uirtutibus actiuis. Neceſſario eſt uel caliditas uel frigiditas. aut utrūq;. Oſtēdetur tñ ipſam eſſe caliditatē cū ipſa generatio fiat a caliditate: Quoniā cōtēperatura nō poteſt fieri niſi cū ea. Generatio aūt nō pficitur niſi p cōtemperaturā et mixtionē licet frigiditas habeat aliquē ingreſſum in generatiōe: ut adhuc oſtēdetur. Formā igitur quę trāſmutat materiā donec recipiat aliā formā & pmutet primā: eſt de neceſſitate ipſe calor: Verūtñ i cōparatione ad corpus corruptū eſt extraneus & putredinalis: ſed in cōparatiōne ad generatū ab eo eſt naturalis: Cauſa aūt renouatiōis caloris putridi in aliquā rē. eſt duplex quarū una eſt p ſe & ex prima intentionē. uidelicet calor extrinſecus cū diſcōuenit cum calore naturali: Corrūpit. n. ipſum eiuſq; diſſoluit: Hinc fit ꝙ in ęſtate crebrior exiſtit putredo ob calorem extraneum exiſtentem in rebus: qui prouenit a calore aeris ambientis eas quod quidem in hyeme nō cōtingit. Efficiens uero putredinis ex ſecūdaria intētio eſt infrigidatio caloris naturalis eiuſq; extinctio. Nām cū redditur hebes: adeo ut materię dominari nequeat putreſcitur cadaueribus atq; ſenſi corporibus accidere ſolet. Cęterū magna ex parte hoc contingit ipſi materię ratione humiditatis cū facile patiatur a rebus extrinſecis: & impotēs fit ad hoc ut formā retineat: Et ideo Hippocrates & cęteri medici dicūt cauſam putredinis eſſe calidū

& humidũ:Quod quidem ideo dicũt quia latuit eos differre id quod eſt ꝑ ſe ab eo quod per accidẽs. Corrũpit̃ aũt genitũ:aut ꝑꝑ uictoriã humidi ſuꝑ ipſum in initio mox ipſius ſiccitatis cũ putreſcit in primo principio ꝑꝑ humiditatẽ demũ cadit ꝑꝑ ſuꝑationẽ ſiccitatis ſuper ipſum:cũq; humidũ & ſiccũ fuerint imoderata menſura. uirtuteſq; actiuę ea ſuꝑarint:atq; contẽꝑauerint ipſa adeo ꝙ obtineant cõſiſtentiã propriã illi cõpoſito tũc fiet generatio:& hoc ẽ quod dicit Ariſto. generationẽ fieri quũ terminans uincit terminatũ.ſ.uirtutes actiuę ip̃as paſſiuas corruptionem uero quũ terminatũ uincat terminans:& precipue aliqua & aer a leui alteratione corrũ/puntur.Omnia.n.ſunt ſubiecta igni:iſq; agit in ipſa & eſt cauſa generationis: Agẽs etenim rerũ cõpoſitarũ p° & ſecũdũ prius eſt ignis: nã aqua & aer cito corrũpuntur ab igne & oia elemẽta ſunt ſubiecta materia ignis:& ipſe ignis agit in ea uincẽs ipſa.

❡ Et cũ ita ſit ſequit̃ ꝙ ipſe ignis reſpectu cęterorũ ęlementorũ ſe habet in cõpoſitis ueluti forma in ipſis:ut & forma eſt i mũdo:Quodlibet ergo ens habet calorem propriũ in reſpectu ad ſuã materiã ad quã ſe habet ut forma .ſ. ipſe calor retinens ſuam materiam & terminans eam.

❡ Putrefactio aũt eſt corruptio caloris exiſtẽtis i generato quãdo genitũ humeſcit humido accidẽtali eiuſq; corruptio ſit ꝑꝑ calorẽ extraneũ p̃ternaturalẽ qui eſt calor exiſtens in aere exteriori:& quãdo genitũ priuatur ſuo naturali calore alteratur & corrũpit̃ & efficitur frigidũ:Et quũ aliquid putreſit ꝑꝑ calorẽ extraneũ atq; extra/neũ humidũ i exſiccãtur partes illius rei & euadũt puluis & fimus:Cuius rei cauſa ẽ qm̃ cum calor naturalis extinguitur:& ſeparatur a genito:nõ datur ibi retinens & trahens humidũ naturale:Calidi nãq; naturalis eſt retineri in generato:& quũ ſeparatur ab eo liqueſcit eius humidũ & diſſoluit̃ & exſiccatur & tabeſcit.

❡ Dixit & principiũ cauſę putredinis.eſt frigiditas pauca accidẽs generato: & tũc retinetur in eo calor extraneus p̃ternaturalis:& putrefacit ipſum : & niſi frigiditas retinet calorẽ extraneũ in generato:prohiberetq; ipſum ne reſolueret̃ equidẽ diſſolueretur ab ea re in qua exiſtit.Separeturq; ab ipſa anteq̃ putreſceret.

❡ Dixit & nõ poteſt calor extraneus putrefacere res in hyeme quemadmodũ põt in eſtate:& huius rei cauſa eſt:ut diximus quia frigiditas & aqua ſuꝑant uehemẽter tẽpore hyemali ipſum aerem: & ꝑꝑea paꝝ exiſtit de calore extraneo in rebus:ita ꝙ nõ poteſt putrefacere genita:Sed in eſtate multiplicat̃ putręedo ob multitudinẽ caloris extranei in rebus ratione caloris aeris circuentis eas:quare eo tempore nõ accidit eis corruptio:quia ſuꝑat cõgelatio : & ſiccitas eueniens poſt paucã putredinẽ ut accidit in hyeme:& egritudines hyemales ſunt huius generis.

❡ Dixit & frigiditas aquę uehemẽtior eſt calore aeris:& ideo contemꝑatur.Sed ſi eſſent equalia nõ admiſcerẽtur:& hinc eſt ꝙ elemẽta nõ habent duas qualitates in ſũmo:ut ignis exẽpli cauſa qui ſi haberet caliditatẽ & ſiccitatẽ in ſummo: itidem & humiditatẽ atq; frigiditatẽ ipſa aqua:nequaq̃ poſſent aqua & ignis cõtemꝑari ita ꝙ ex eis fieret unũ.Nam ſi uirtutes eſſent ęquales nequirẽt una in aliã agere.Sed qa ſiccitas ignis nõ eſt in ultimo:neq; humiditas aquę:ideo poſſunt alterũ alterũ uin/cere ac ſibi inter ſe contemperari.

❡ Dixit & calor aeris minor ẽ calore nãli ad cuius corruptionẽ corrũpit̃ ipſa res:& iõ calor aeris nõ aggregat neq; retinet generatũ quẽadmodũ facit calor naturalis.

❡ Dixit & corruptio rei mobilis ratione caloris aeris ambiẽtis ipſam eſt minor corruptione rei quę quieſcit:& intelligit ꝑ hoc ꝙ in quiete cõcurrũt duo.ſ.extinctio caloris naturalis:& uehemẽtia actionis caloris extranei in ipſum paſſum nãq; recipit

paſſionem ab agẽte quãdo quieſcit:hinc eſt ꝙ ad hoc ꝙ fiat generabiliũ generatio.
oportet manere in quibuſdã locis propriis:& ideo laudauerunt medici exercitium
ante eſcam/damnaruntq́ ipſam ſumpto cibo.

¶ Dixit & quia calor aeris debilior exiſtit calore naturali.ideo nõ facile incurrunt
corruptionẽ ratiõe caloris aeris:& ppea quãto aliquid citius afficitur ab aere: & ca
leſit ab eoꝛtrãto citius recipit putrefactionẽ pluſq̃ aliquid aliud nõ calefactũ ab aere
& ideo fetẽt aquę marinę ſi a mari abſoluãtur.hoc tñ nõ cõtingit in tota aqua ma
rina:cuius rei cauſa eſt quia aqua ſemota ab alia ob paucitatẽ frigiditatis caleſcit ab
aere uehemẽtius q̃ tota aqua:Hinc fit ꝙ ſi ſeparatur aliquid a ſua parte:citius corrũ/
pitur q̃ totũ:& poſtq̃ declarauimus generationẽ fieri p calorẽ naturalẽ & corruptio
nẽ p extraneũ & p frigiditatẽ:& fuerit oſtẽſum etiã q̃liter generetur calor extraneus.

¶ Cõſentaneũ eſt declarare quodnã ſit officiũ ipſius caloris naturalis & extranei
frigiditatiſq́.Et dicamus ꝙ officiũ caloris naturalis in paſſis. eſt primo concoctionẽ
efficere deinde maturationẽ:intelligo p maturationẽ illam maturationẽ quę eſt cõ
traria cruditati:a quo denominatur maturatiuũ:Cõcoctio.n.uarios habet gradus.
primo nãq́ fit decoctio cibi ĩ ſtomaco:& dicitur chilus quo mẽbra nõ ſunt habilia
nutriri quouſq́ iterũ in hepate:& cęteris mẽbris cõcoquatur:& tũc pficitur eius con/
coctio:& eſt aptus cõuerti in partẽ mẽbri & hanc ego appello maturationẽ:q̃ crudi
tati cõtrariatur:ut fiat differẽtia inter ipſam & priorẽ.Reuertor tñ ad ſententiã & di/
co ꝙ cõcoctio eſt perfectio paſſionis & mixtionis rerum contrariarũ cõtemparatarũ.
propria unicuiq́:nã unũquodq́ ens obtinet a mixtione ſuã pfectionẽ quę eſt cõco
ctio.Peracta ergo digeſtione materię uniuſcuiuſq́ entis.iã cõſiſtit ſua eſſentia & cõ
pleta eſt:Fit aũt pfectio materię mixtę:quę quidẽ eſt ipſa cõcoctio a calore naturali
proprio illi rei:& ideo cõcoctio eſt pfectio propria actiõis caloris naturalis in mate
ria cõgrua:pfectio uero rei pueniens a cõcoctione eſt ſua forma & ſua eſſentia quę
natura nũcupatur:Quod quidẽ inductione oſtendi poteſt in artificialibus & natu
ra cõſtantibus.Generatio etenim nõ fit niſi p mixtionẽ & cõtemparaturã:& ipſa mix
tio atq́ cõtemparatura fiunt per cõcoctionẽ:& digeſtio a calore naturali:& introdu/
ctio formę cõplexionalis in materiã eſt pfectio actionis caloris:q̃ cõcoctio nominatur
quã omnino precedit ipſa maturatio:& hoc totũ pſpicuũ eſt in generatiõe anima
liũ & ſtirpiũ in eorũq́ alimẽto & incremẽto.Quia eo modo quo fit augmẽtum &
nutritio fit & generatio nihilq́ inter ſe differũt niſi ꝙ augmentũ & nutritio eſt ge/
neratio ſecũdum partem & illa alia eſt generatio ſecundũ totũ & ſecũdũ ſpetiem.

¶ Dixit poteſt fieri hoc complementũ quod eſt ipſa cõcoctio : a calore extraneo
cõtemparato cũ calore naturali:ut cõcoctio quę fit in homine a rebus cõmeſtis.calor
nãq́ extraneus auxiliatur cõcoctioni ciboꝝ eorũ: At uere efficiens cõcoctionis eſt
ipſe calor naturalis:& cõcoctionis ſubiectũ quũ cõcoquitur trãſit in formã agentis
cõcoctionẽ in eiuſq́ naturã:ſicut cibi qui ſi coquãtur cõuertuntur in calorẽ natura
lem ſimilẽ ſpẽ calori coquẽti ipſos Hoc aũt fit quãdo cõcoctio eſt ut decet: uideli/
cet ꝙ humidũ nõ ſit neq́ minus neq́ magis q̃ oportet.Neq́ etiã actio ipſius agẽ/
tis ſit minor neq́ maior:Eſt aũt ſubiectũ aptũ ut fiat actio cõcoctionis in eo a calo
re naturali:quãdo maturatur quemadmodũ fructus qui quidẽ ſunt habiles cõcoctiõi
quãdo ſunt maturi:& uidetur ꝙ res q̃ matureſcũt ſunt illa q̃ cõtemparatura miſcentur
habentes humiditatẽ:Quoniã ſimplices ut aqua nõ matureſcunt:neq́ ſiccę ut ter
ra et in huiuſmodi rebus ipſa cõcoctio deducit ipſas ad hoc ꝙ habeant ſtabilitatem
et groſſitiem atq́ corpulentiã in oibus illis q̃ nata ſunt admiſceri et uniri : a quibus

quidem expellitur id quod nō eſt aptū cōcoqui:et ſunt. uidelicet excremēta illa q̃
nullo pacto ſunt prōpta effici corpus cōcocti:ut urina & ſudor atq; ſeceſſus:& ſicut
euenire etiam ſolet in egritudinibus quādo recipiunt maturationem.

℄ Caloris uero extranei officiū eſt primo & per ſe quādo dominatur rebus nō ha
bentibus calorē extraneū:facere in eis aſſationē uel cōbuſtionē:nam de natura hu
ius caloris ęxtranei eſt extinguere calorem naturalem : & diſſoluere humores qui
ſunt ſubiecta eius. Aſſantur ergo illę res uel adurūtur ſicut euenit in febribus ardē
tibus itidem & diminutionem cōcoctionis atq; cruditatem efficit ipſe calor extra/
neus quū fuerit debilis:quemadmodū euenire ſolet in febre phlegmatica putrida:
attamen habet hoc officium per accidens .i. propter debilitatē caloris naturalis &
uictoriam frigiditatis.

℄ Verū frigiditatis officiū primo & per ſe & ut eſt frigiditas eſt facere priuationem
operationum caliditatis quę eſt cruditas:& defectus cōcoctionis. Cruditas autem
eſt contraria maturitati inconcoctio uero concoctioni opponitur quapropter cum
multiplicatur eius actio prohibetur generatio:uel erit cauſa corruptiōis:ut ſenibus
accidit:& q̃uis frigidi officiū ſit primo & ꝑ ſe corruptio: nihilominus fauet calori na
turali in generatione ac ſi eſſet hoc ex ſecūda intētione:Quoniā nō queſiq; calidi
tas acciderit eſt naturalis cuicūq; rei euenerit:ſed unaquęq; res habet calorē ꝓpriū:
Mutatur.n.ipſe calor exceſſu deffectuue.qui quidē exceſſus & deffectus inſunt ſibi
iuxta uariā mixtionē frigiditatis i eo exiſtētis.ipſa etenim tempat eum:ita ut ſit cō
ueniens rei cui eſt calor naturalis:cōſeruat quoq; ipſa frigiditas calorē generati ne
diſſiperur:Hinc fit ꝙ qui regiones colūt frigidas melius cōcoquūt q̃ qui calida inha
bitant loca fitq; in hyeme fortior cōcoctio q̃ in ęſtate:Prȩterea artificialia ſimilātur
naturalibus:& quę arte cōfecta ſunt uidentur habere quędā officia quę his duabus
uirtutibus ſimilantur Faber.n.ferrarius qui nequit formā ſecuris cōficere quouſq;
calefaciat ferrū in igne:& reddatur liquidū ita ꝙ recipiat figurā ſuā.nam illa molli/
cies quā adipiſcitur ex ignis actione:eſt cōtraria rei quā intendit.uidelicet duritiem
ad hoc ut ſecet & ideo madefacit ipſam in aqua poſtq̃ perfecerit figurā eius donec
induteſcat.Horū autē intentū nō perficitur calore tantū ſed & frigiditate: Tamen
eſt ut ꝓdiximus per uiam ęquationis idētidē & medici utūtur aqua frigida poſt bal
neationē aquę calidę nam cū primo intendant extrahere excremētū ultimę conco
ctionis:& id quod de eo meatibus adhęret:ne ledant calorē naturalē:nō aſſequun/
tur intentū ſuū niſi faciant illa duo:itidem faciunt quādo coagulationē querūt per
artē decoquēdi:nā ipſa perficit maturationē et diſgregat partes rei decoctę. Aſcen
dit enim oleū ſurſum:& partes aquę deorſum ſūmergunt.Si igitur res ita ſe habet
i rebus artificialibus lōge melius cōuenier hoc naturalibus:& hinc ē ꝙ corpora ani
mātium obtinēt uarios calores: ut calorē ſenſitiui et nutritiui.

℄ Cruditas aūt et priuatio maturitatis fit ꝓp exceſſum humidi extranei exiſtētis i
re aliqua:Cruditas tū fit ppea ga remanet aliquātula uētoſitas et aquoſitas i re co
cta:nā cū cōcoctio fit cōplemētū paſſionis materię eiuſq; decoctiōis:iō cruditas eſt
defectus accidens decoctioni materię cōplemētoq; paſſionis eius:et ſūmatim dico
ꝙ id quod prohibet generationē a maturitate ꝓp quod res efficitur cruda: Eſt defe
ctus caloris naturalis et uictoria humiditatis.cū maturatio fiat calore naturali hu/
mido quoq; naturali quēadmodū putredo fit calore extraneo humidoq; accidētali

℄ Dixit:et omnes res humidę igroſſantur a calore preter aquā:quoniā habet exi/
guū calorem et humiditatē ingētem:et terminatū in ea : uidelicet qualitas paſſiua:

dominatur terminãti.ſ.qualitati actiue: Res uero toſtę et aſſatę ſunt illę q̃ exſiccantur ante maturationem pp̱ calorem extraneũ exteriorẽ exiſtentẽ i eis nõ propter naturalẽ: Extranei nãq; caloris eſt humidũ naturale cõſumere: anteq̃ res ꝑueniat ad maturationẽ.ſ.extra et nõ intra. Sed rebus maturis et cõcoctis huius accidit oppoſitũ: uidelicet ꝙ nõ exſiccãtur exterius ante maturitatẽ/quoniã earũ humiditas exſiccatur a calore naturali indifferẽter intrinſecus et extrinſecus: et ꝓpea res torrefactę et aſſatę.ſunt ſicciores exterius q̃ res maturę r&unt tñ humidiores intus quia calor extraneus pp̱ eius groſſitiẽ nõ dominaẗ rei intrinſece: quẽadmodũ naturalis.

¶ Dixit: Neq; oẽs res recipiũt cõcoctionẽ et maturationẽ: nã quę ſiccę ſunt in quibus nulla exiſtit humiditas nõ recipiunt maturationẽ: neq; cõcoquũtur ut lapides: neq; ſiccę ſpõgioſę: ut lignũ. Neq; habentes partes denſas: quia nõ recipiunt humiditatem. Sed ea corpora recipiunt maturitatẽ/quę quidem habent humiditatem paſſam a calore exiſtenti in ipſis.

¶ Dixit et dicitur aurũ cõcoqui et recipere maturitatẽ atq; lignũ quũ generãtur. Sed hoc quidẽ trãſumptiue: et nõ uere dicitur: ac ſi uelit ꝙ uera maturitas cõuenit magis ipſi animali q̃ plante et huic plus q̃ mineralibus.

¶ Dixt et ipſa maturitas/dicitur de re naturali ſicut de lacte et de nõ naturali: ut de maturatione muſti uuarũ & de his quoꝝ maturatio fit a calore aeris & extrinſecus. Is aũt eſt calor extraneus: cuius rei cauſa eſt qa ſimilatur maturationi naturali: Dico tamen ſũmatim ꝙ differt maturatio naturalis ab ea q̃ fit a calore extraneo: propterea quia fines eoꝝ ſunt uarii: ipęq; res ſunt uarię inter ſe cũ hę ad eſum. Illę uero ad potũ habeãtur in uſu ad aliaq;.

¶ Dixit & aſſum: eſt exceſſus i caliditate & ſiccitate: & in torrefactis: calor exterior eſt maior q̃ interior. Sed in ipſis elixatis calor intrinſecus eſt maior extriſico: Aſſatio autem accidit ob duas cauſas. una eſt ſiccitas materię. Alia uero uehemens calor ſicut cõtingit rebus quarũ materia eſt ſicca: cũ ad ignẽ accedũt: Priuatio aũt aſſationis fit duabus de cauſis quarũ una eſt paucitas caloris extrinſeci.i.extranei. Alia uero multitudo caloris admixti rei paſſę: Habita igitur notitia de cõcoctione & incõcoctione & aſſatiõe atq; torrefactione. quę quidẽ ſunt effectus uirtutũ actiuarum: cõſentaneũ modo eſt tractare de officiis uirtutũ paſſiuarum.

¶ Et dicamus ꝙ principia paſſionis in generationibus ſunt humiditas & ſiccitas. Quoniã quęcũq; paſſiua corpora corã oculis obuerſantur. Sunt cõpoſita ex humiditate & ſiccitate. Diſcrepãt tamen inter ſe corpora iuxta uictoriã humiditatis in quibuſdã & ſiccitatis in quibuſdã aliis. Cõſtant aũt corpora his duabus uirtutibus: propterea quia ut diximus humidũ facile diuiditur. Siccum uero difficile quum igitur cõtemperantur patitur quidẽ aliud ex alio & humeſcit. ſiccũ ſiccaturq; humidũ. Humidũ autem mollit ſiccũ ita ut fiat cõglutinatio: ut gluten/quemadmodũ fit in farina i qua fiat eximia mixtio aquę. Inuiſcabitur.n. ꝓpea quia humiditas aquę ingredientis ipſam facit res ſiccas cõglutinari iter ſe inuicẽ: Siccitas uero facit ꝙ humidũ acquirat corpulentiã & difficultatẽ paſſiõis: ut in glutine accidit: Nam ipſa ſiccitas eſt in cauſa ut retineatur a ſe & eſt cauſa figurationis. Sed humiditas eſt cauſa unionis & mixtionis. nam ex mixtione humidi cũ ſicco recipit ipſum ſiccũ figuram: ex mixtione uero ſicci cũ humido acquiritur cõſiſtentia in humido: & retinet ſuã figuram: ut in figulina arte perſpicuum eſt.

¶ Dixit: & hoc dixerunt antiqui quũ de rebus naturalibus locuti fuerũt: & quãdo tractauerũt de eo quod accidit ex huiuſmodi mixtione humidi cũ ſicco in corpo-

ribus ita ꝙ ingroſſentur & difficile ſint diuiſibilia:dederūt exemplū de glutine: Si
corpora ergo fiūt ex mixtura humidi cum ſicco. Elemētum aūt ſiccū eſt ipſa terra.
Humidū uero aqua:Neceſſario igitur quodlibet corpus genitū ē paſſum ab aqua
& terra:& quodcūqꝫ genitū cōuenit cū elemento ſupante ipſum.ꝙ autem hęc duo
ꝑualeant indiciū eſt quia ſunt loca animaliū inueniūturqꝫ in his ꝑcęteris elementis.
Aer uero licet ſit humidus.nō tamen admiſcetur cum terra quemadmodū aqua.
❡ Dixit neqꝫ aqua dicitur mollis:quoniā molle cadit in profundū expulſum. Sed
aqua quādo propellit ſeparatur & circūdat in dextrū & ſiniſtrū:Declaratū ergo eſt ꝙ
humidū & ſiccū ſunt principia generationis corporū materialiū cū humidū preſtet
unionem & cōgregationē.Siccū uero preſtet compoſito unitatem & difficultatem
paſſibilitatis.quo declarato iuſtum eſt facere ſermonē de coagulatione. cum cūcta
corpora compleant ſuā generationem coagulatione declarabimus quoqꝫ differen/
tias quibus diſtinguūtur corpora ſimilaria & hoc in ſequenti capitulo.

CAP. XIIII.

Ecet nunc nos oſtendere differentias quibus corpora ſimilaria cogno/
d ſcūtur:Et dicamus corpora ſimilaria differre inter ſe coloribus & ſaporibus
atqꝫ odore & tandem quinqꝫ ſenſibilibus.Diſtingūtur adhuc affectionibus
& paſſionibus ſibi propriis:ut coagulatione & diſſolutione cęteriſqꝫ:& hęc qdē ſunt
eorū formę quemadmodū differentię:ſed quia coagulatio eſt ſiccitas quedā. Reſo
lutio uero quedā humiditas.appareteqꝫ ſiccū accidere his q̄ nata ſunt ſiccari a calido
& frigido : uidētur etiā humeſcere ab utriſqꝫ:Ideo de his dicendū eſt.Dicamus ergo
ſiccū generari a calido per ſe primo.cum calidi ſit cōſumere humidū aqueū exiſtēs
in contemperato/donec partes terreę preualeant. proueniatqꝫ ſiccitas illi.cuius rei
cauſa eſt quia cum humiditas aquę ſit ex ſua radicali natura coniuncta frigiditati:&
calidi ſit corrūpe frigiditatem.Igitur neceſſario corrūpet humidū aqueum conuer/
tetqꝫ ipſum.Sed ꝙ frigidum agat ſiccitatem dignum eſt animaduerti: Cum primo
& per ſe agat humiditatē.huius quoqꝫ rei cauſa eſt:quia cū de natura humidi aquei
ſit ꝙ cum eo coniungatur frigiditas:eſt ergo neceſſariū ꝙ quādo forma frigiditatis
ſupauerit in illa re/de cuius natura eſt recipere frigiditatē:ꝙ humectetur & ſi exce
dat in hoc:cōuertetur in aquam:Verūtamen nō quelibet frigiditas faciet hoc: ſed
illa quę eſt in materia humida quę quidem eſt frigiditas aquea : Sed frigiditas exi/
ſtens in materia ſicca quę eſt frigiditas terrea / agit primo & per ſe ſiccitatem : quia
agens ſiccū:reddit paſſum ſibi ſimile in ſpetie & forma:Oſtenſum ergo eſt ꝙ frigi/
ditas eſt duplex.Aquea.ſ.& terrea:& ꝙ terrea deſſiccat per ſe:Nam calidi ignei eſt
facere hoc:ſed frigiditas exiſtens in materia humida : nequaq̄ deſiccabit niſi ꝑ acci
dens.uidelicet quādo contingit ꝙ calor corporis uincatur a frigiditate:& accentre
tur intra corpus & agat in humidū ita ꝙ corrūpatur & diſſipetur cōſumaturqꝫ eius
humiditas & ſuperabit ſiccitas:neqꝫ quēpiam latet in hoc officio quod eſt per acci/
dens/cōmunicare frigidum aqueum & terreum.
❡ Dixit & res humida aquea quę ſuapte natura eleuatur.habet hoc a ſicco accidē
tali.ſ.extrinſeco/ut in lana accidit humida quę quidē exſiccatur a calore extrinſeco
non ex ſua natura.
❡ Dixit & res uiſcoſe/nō recipiunt ſiccitatem propter uiſcoſitatem earum:ut oleū
oliuę:& pix:& cera cuius rei cauſa fuit/quia horū humiditas nō cōſumitur neqꝫ diſſi
patur a uirtute actiua.Iam autem fuit declaratū quo pacto refertur ſiccitas ad illas
duas uirtutes actiuas.Declarandū ergo eſt qualiter attribuat humiditas ipſis.ſ. ꝙ

ipſę humectent: Et dicamus ꝙ frigido tribuitur per ſeut antea diximus: ſed ꝙ referatur ad caliditatem ita ꝙ humectet ipſum humido aqueo eſt impoſſibile hoc per ſe: ſed per accidens bene eſt poſſibile quemadmodũ diximus frigidũ deſſiccare: Sed ſicut quãdo uolumus dicere ipſum deſiccare per accidens/ intelligimus prouenire ab eo ſiccitatem cum ſit cauſa ut reperiatur calor in intimo cõpoſiti & retineatur in eo ita ꝙ adſit ſiccitas. Sic etiam dicimus hic. caliditatem agere ipſum humidũ: uidelicet poteſt inducere eſſentiam ipſius cauſę per ſe cum calidi ſit cõuertere partes ſiccas alicuius rei ad humidũ ſiue omnes ſiue quaſdã: & aggregat frigidum in corpore illius compoſiti: & cõuertuntur illę partes in aquam: & ſi talis actio rurſus offendat omnes partes corporis comopſiti: diſſoluetur & liqueſcet: ſed ſi quibuſdã tantum obuiet molle & humidũ reddetur: His igitur iam declaratis tractandũ eſt de coagulatione & liquefactione & cęteris aliis: Et dicamus nõ latere quępiam quędam corpora coagulari a frigido: ſicut ferrũ & ęs. quędã uero alia a calido: ut ſal & fictilia: nõnulla tamen coagulari a calido & liquefieri a frigido ut ſal: ſed aliqua alia nõ ut fictile. itidem quędã coagulãtur a frigido & liqueſcũt a calido ut ferrũ. Quędam uero nõ liquefieri ut ſunt plures lapides itidem cõſpicimus nõnulla horũ corporũ a nullo illorũ coagulari ſed admiſceri cum uno ipſorũ: ſiue cum caliditate: ut ſalſamẽtum dictum almuri in lingua arabica. Siue cum frigiditate: ut lutum: quedã tamen ingroſſantur ab utriſq;. Sicut oleũ oliuę quod a frigido atq; calido ingroſſantur: ſunt & aliqua alia quę a calido ingroſſantur & a frigido coagulãtur: ut uinum coctum nominatũ Arabice Rob & uinũ antiquũ: Sunt adhuc aliqua quę nõ coagulãtur a frigido niſi iſpiſſentur a calido: nã ſanguis ſubtilis icõcoctus: ut eſt ęgrotorũ nõ coagulat & ꝗdã alia a nullo horũ coagulãtur. ſicut aqua lactis ꝗ ſerũ appellat.

¶ Diſſolubiliũ uero: quędã diſſoluũtur & liqueſcunt ſicut cera & cętera: ſed aliqua alia mollificãtur tantũ: ut cornua & reliqua: & ſi uolumus reddere cauſam unius cuiuſq; harũ differentiarũ cõtrariarũ & colorũ propriorũ uniuſq;. Dicendum eſt ꝙ ſi aliquod corporũ coagulatur a calido & frigido. manifeſte ex dictis apparuit id fieri per ſiccũ. Cauſa enim coagulatiõis neceſſario eſt ſiccitas: Diſſolutio uero eſt quędã humectatio: Quę autem coagulãtur a calido ſi id coagulatiõem appellare fas eſt. Sunt quidem illa corpora in quibus terrena dominãtur humidis: ut fictile & ſal: & his ſimilia. Sed quę a frigido coagulãtur nõ eſt neceſſe in his partes terreas ſuparet: hinc fit ꝙ multa quę a frigido coagulãtur cõuertũtur a calido in aquam: Sed dicendum eſt ꝙ frigidi natura eſt coagulare fluidũ: dominabũtur tamen partes terrę ipſi in eo. ſ. quod nõ diſſoluitur a calido. Sed tantũ mollificatur/ uel in eo quod nõ redditur molle. Longe ergo minus diſſoluetur: ut ſunt plurimi lapides.

¶ Dixit & id quod cõgelatur anteq̃ diſſoluatur. oportebit neceſſario illud eſſe ex natura aquę ut nix/ uel ex natura aquę & terre. uidelicet ꝙ dominẽtur in eo aqua & terra: ut illi lapides qui diſſoluũtur. Quodcũq; autem cõgelatur oportet ipſum congelari a calido uel a frigido itidem ſi quid cõgelatorũ liqueſcit ſi illa coagulatio prouenit a calido. liquefiet ab aqua. ſicut ſal: & ſi a frigido cõgeletur diſſoluetur quidem a calido. hinc eſt ꝙ aliqui dicunt aquã habere rationem coagulãdi: & in teſtimoniũ huius rei afferunt mel coagulari in aqua frigida poſitũ: Sed aqua coagulat mel nõ propter ſui naturã fluidam. Sed propter eius frigiditatẽ & poſtq̃ notificata fuerunt ea quę cõgelantur a calido & frigido. Declarandũ eſt quare quedam eorũ quę a calido coagulãtur diſſoluũtur a frigido. Quędam uero alia quę a frigido congelantur liqueſcunt a calido: & aliqua alia ecõtra

¶ Et dicamus aliquid coagulari a calido quod quidem eſt natū. diſſolui a frigido:
uel congelari a frigido & natum liqueſieri a calido:ratio huius eſt manifeſta.nam cō
trarii eſt efficere cōtrariū ſui cōtrarii. Veruſtamē in quibuſdā hoc eſt impoſſibile ꝓp
materiā tantū:nam dantur quędā quę a frigido cōgelantur poſtq̄ fuerint ingroſſa/
ta a calido:& quādo agit in ipſa frigiditas & facit aconcentrare ſuū calorē ad intimū eo
rū ita ꝙ diſſipetur eorū humiditas:& nō remaneat in eis niſi pars terrea in quā agat
caliditas:nequaq̄ poterit amplius humectari:quia impoſſibile eſt generari in eis par
tes aereas aptas cōuerti in aquā:itidem dantur rurſus aliqua quę a calido coagulā/
tur:& tamen nō poſſunt ab aqua liqueſieri ob eorum uehementē ſiccitatē : & quia
eorū meatus ſunt anguſti:& difficile recipiunt humiditatem. Sicut fictile quod qui/
dem nō liqueſcit ab aqua:niſi fortaſſe nō fuerit coctum ad eius ſufficiētiā: Neq; que
libet humiditas diſſoluit ſed frigidū & humidū ſimul ut aqua: Humidū uero nō fri/
gidum minime diſſoluet ut eſt adeps.

¶ Cauſa rurſus ob quā aliqua corpora ingroſſantur eſt quoq; ipſa frigiditas & cali
ditas:attamen a calido id per ſe agitur tantū:fit enim inſpiſſatio quum partes terreę
admiſcentur cū aqueis uel aereę cū aqueis: & exquiſite cōtemperātur in concoctio
ne donec acquirant cōſiſtentiā & groſſitiem. Sed nō perueniunt ad gradū congela
tionis quia in cōgelatione adſunt plures partes aqueę: Exemplū autem rei inſpiſſa
tę a calido propter admixtionē partium aerearū cum aqueis a calido : eſt butirum
& ſperma. Id uero quod inſpiſſatur ex mixtiōe partiū aqueſarū cum terrenis nemi
nem latet. Inſpiſſatio etenim eſt quedam groſſities & ipſam craſſitiem in ſe contem
perata agūt partes terreę:& per exſiccationē aquoſarū: Sed ſpiſſitudinē factam ex
aere & aqua oportet declarare ut butirū. In his tamen licet uincant partes aqueę &
aereę:nihilominus neceſſario cōſiſtunt per id quod in eis mixtū eſt de portionibus
terreis/q̄uis ſint exiguę:nam illę ſunt primo & per ſe cauſa craſſitiei / uerum partes
terreę exiguę ſi admiſceantur cum aqueis plurimis tantū nequaq̄ proueniet ex eis
groſſitudo neq; ſpiſſitudo:quoniā calidū diſſipabit illas partes & conſumet eas an/
teq̄ illę portiones terreę admiſceātur cum eis tali mixtione ꝙ mutuo cōtemperentur
inter ſe ſecūdum totalitatem ſuā.ita ꝙ habeāt ſtabilitatem. Sed ſi cum aqueis por
tionibus admiſcētur multę aereę & cōtemperētur tali cōtempatura ꝙ calidum ne/
queat ſepare eas uel difficile ſepare ibiq; aderint partes terreę exiguę / tunc reſulta/
bit huiuſmodi genus inſpiſſatiōis:quia ille calor qui cōtemperat illas partes terreas
cum aquoſis nequaq̄ conſumet aquoſas anteq̄ admiſceātur terreę in totalitate ſua
quoniā aereę ſunt contempatę cum aqueis mixtęq; cum eis : & calor contemperat
illas terreas partes cum aquoſis & aereis:& cōcoquit eas:ita ꝙ obtinent aliquātulā
conſiſtentiam. Hoc pacto ergo debet intelligi ſpiſſitudo facta ab aere & aqua non
ꝙ aer ſit eius materia per ſe: Sed eo modo quo diximus: Attribuitur tamen ſpiſſitu
do horū ad partes aqueas & aereas / eo quia hę ſupant in eis. Accidentia enim quę
his corporibus ſimilaribus accidūt referūtur profecto ad elemēta ꝓdominātia i eis.
Inſpiſſatio tamen eſt duplex una.ſ.per ſe & eſt illa quā partes aereę cōuertuntur in
aqueas in ipſo inſpiſſato propter quod ingroſſatur:& hoc quidē contingit in rebus
aereis aquoſis quarū unio eſt fortis:ut oleum. Sed alię res aeree nō habentes huiuſ
modi fortem unionem cōtingit eis a frigido oppoſitū huius. uidelicet ꝙ frigiditas
diſſoluet ab eis id quod caliditas inſpiſſatur ut ſperma cui ſi accidat infrigidatio:amit
tet caliditatem & ſeperātur eius partes a ſe inuicem: Alia uero eſt quā frigiditas ef/
ficit ſpiſſitudinē per accidēs:& hoc fit quādo caliditas occultatur in centro rei quę/

admodum inſpiſſatur ioſculũ/quãdo in ſupẽrficie patinę congelatur:Sed quę a fri/
gido & calido inſpiſſantur ſunt aquea & aerea quorũ unio uehemens exiſtit. Sicut
oleũ quod quidem a frigido cõdenſatur eo modo quo diximus:calidũ quoq́ idem
operatur quãdo augetur eius mixtio:& eius partes cõtempãtur ita ꝙ ingroſſetur:
Cauſa autem ob quam oleũ nõ exſiccatur neq́ coagulatur a calido neq́ a frigido:
licet ingroſſetur ab utroq́ ſimul : Eſt quia in oleo predominatur portio aerea non
aquea neq́ terrea cuius rei indiciũ ſumitur cũ natet ſuper aquã ut aer. Dealbatur
quoq́ oleũ in longo tempore:ingroſſaturq́ ab igne:cuius cauſa eſt quia cum ignis
perdurat agere in ipſum fortificatur ſuper calorem aeris & diſſipat ipſum : & cũ ad
naturã aquę ſe confert agit in ipſum ingroſſatq́ ipſum. Quemadmodũ ingroſſat
multa humida aquea:non tamen deſiccatur:quia natura aeris uincit in eo : Rurſus
nequaq̃ diſſoluitur ab eo tota aquoſitas in eo exiſtens: quia eſt tã uehemens uiſco
ſitas partiũ eius inter ſe inuicem reſultans ex mixtione aeris cum aqua ꝙ nequit in
uaporem euadere.i.ꝙ difficilis eſt ſeperatio aquoſitatis eiuſq́ ſegregatio ab aereita
te propter nimiã mixtionẽ. Sed cauſa propter quã dealbatur a forti motu/eſt quia
magna portio humidi aquoſi cõuertitur in portionẽ aereã:& ſi nõ ſeperetur ab eo
natura olei:& propterea ſuperat in eo albedo.i.pars aerea:& id fit aut propter eius
calorem naturalem:aut propter calorem exteriorem:& ideo albeſcit in diſtantia ali
qua tẽporis quemadmodum ex decoctione.

❡ Et cauſa ob quã inſpiſſantur aliquę res a calido & congelantur a frigido:ut ſan/
guis. Eſt quia cum calor agit ſpiſſitudinẽ & groſſitiẽ in eas:ac mox accidit eis frigidi
tas deperdetur reſiduũ humiditatis earũ ad diſſipationem illius caliditatis quę re/
manſerat ibi:hinc eſt ꝙ ſanguis egrotũ nõ coagulatur:quia in eo nõ exiſtit calor na
turalis. Sed habet plurimã humiditatem. Illa uero quę a calido inſpiſſantur:& a fri/
gido cõgelantur abſq́ hoc ꝙ precedat congelationẽ eorũ inſpiſſatio a calido : ſunt
res aquęę terreę. in quibus tamen terrena portio nõ peruenit ad tantum gradum
ſpiſſitudinis ꝙ poſſint a calido cõgelari:& quũ frigiditas offendit eas congelat ipſas:
Nam nõ oportet:ut diximus ꝙ id quod a frigido coagulatur habeat multas par/
tes terreas. Quemadmodũ tamen fit in congelatis a calido: Hęc tamen duo cõue
niunt in hoc ꝙ cõuertunt partes rei congelate dum congelaſcit ad aliquod terreũ
Veruntamen illud terreũ quod cõgelatur a calido non eſt in potentia humidũ. Sed
illud terreũ quod efficit frigiditas eſt in potẽtia propinqua humidũ ut nix quę fere
eſt aqua in actu:& propterea liqueſcit ex minimo calore.

❡ Mollia autem ſunt quę cedunt quum comprimuntur & eorum ſuperficies re/
manent ita ꝙ nõ ſeperãtur ut in aqua. Sed durum his contrarium:& hęc duo ge/
nera definiũtur per compationem ad tactum. Sed horũ cõmaſſabilia ſunt illa quę
licet eorũ ſuperficies cedant/quãdo cõprimũtur nõ tñ redeunt ad priſtinum.

❡ Preſſio uero eſt aggregatio rei in ſe totam cuius partes obuiant ſibi ipſis inuicẽ:
& preſſibilia ſunt quę cedunt quum cõprimũtur deinde redeunt ad id quod prius
erant ut lana: Sed ſi nõ redeũt imo maneant dura appellantur filtroſa a filtro. Tra
ctilia autẽ ſunt illa quę ex una parte eorũ producũtur & nõ detruncantur : & ſunt.ſ.
res uiſcoſę:& ipſa uiſcoſitas eſt id in quo mixtũ eſt humidũ cum multo terreo quę
difficile ſeparantur:& ideo uix poſſunt ſeperari quoniã uiſcoſitas & unio/de neceſſita
te fit ab humiditate:diuiſio uero a ſiccitate:& quę apta nata ſunt tenuari & extendi
ſunt quę mouentur ex uno latere in tres partes poſitionis : ut plumbũ quod ſi percu
tiatur recipit augmentum in longitudinẽ & latitudinem:decreſcit tamen in profun
ditate.

ditate. Quę autem apta extendi nō exiſtunt ſunt his cōtraria: Flexibilia uero ſunt illa quę recedūt a recto ad obliquū: ut ſunt uimina recentia: Frangibilia uero ſunt q̄ in magnas partes ſunt diuiſibilia. ſed diſſipabilia ſunt quę in minimas ſunt diuiſibilia: Vſtibilia autem corpora ſunt quę habent meatus in quos penetrat ignis: & humiditatem aptam: & illud humidū eſt aereum nō aqueum: ut lignum pini: uel habent partes fumoſas facile inflāmabiles ut eſt illud lignū a quo ignis egreditur cū percutitur: & maior pars horum uſtibiliū ſunt inflāmabilia: uel propter humiditatē aeris in eis exiſtentis: uel propter fumoſitatem: Quedam tamen eorum nō ſunt inflāmabilia propter prędominiū terrę portiōis in eis. ſicut carbo: & lapis calefactus & ferrū. Exhalabilia uero ſunt illa quę ſi in ea agat calor diſſoluetur ab eis humiditas cōtempata cum fumoſitate: & ſi illa humiditas dominatur partibus fumoſis appellatur ſuffumigatio ſicut id quod effumat a pinguedine & adipe ſed ſi illa humiditas fuerit exigua tūc fumus nūcupatͣ nomine. ſ. ſui generis: ut ē fumus ignis cōburētis.

¶ Dixit & corpora humida conuertūtur in uaporem per ignem: eſt nāq̨ uapor id quod trāſmutatur ex humiditate corporis per calorem urentem: in naturā aeris & ſpiritus: & uapor eſt aer retentus in corpore a quo egreditur exiſtitq̨ in eius centro & eſt admixtus cum uirtute illius corporis.

¶ Et dixit: His autem differentiis differūt corpora ſimilaria: ex hiſq̨ poſſumus deuenire in cognitionē materię uniuſcuiuſq̨ eoꝝ. ſ. portionis aquę quam habent & terrę: & quod elementorū prędominetur: & in cognitionem cauſę efficiētis cuiuſlibet ipſorū: & pręſertim ex illis magnis differentiis in eis exiſtentibus. uidelicet ex congelatione & liquefactione horūq̨ priuatione: Rurſus poſſumus ex his differentiis deuenire in cognitionem menſurę caliditatis quam habent & frigiditatis: & id quod declaratur hic de complexionibus eorū ratione harum differentiarum oportet q̄ referatur ad ea quę dicta ſunt circa cognitionem complexionis ſimplicium medicaminū per rationem ita q̄ compleatur illa pars artis medicinalis. Nos autem dabimus hic canones: ita q̄ quū loquemur de quolibet corporum ſimilariū: poterimus reddere omnes ſuas cauſas: quę ſunt. ſ. materia efficiens: atq̨ forma: Hoc enim eſt principium per quod peruenimus in cognitione naturę corporū ſimilarium & hoc eſt quod uolumus declarare.

CAPVT. XV.

o Portet modo ſermonem facere ad cognoſcendum quodnam elementum prędominetͣ in corporibus ſimilaribus: & dicamus q̄ id in quo dominātur partes terreę congelatur a calido & precipue illę quę non poſſunt reſolui a frigido: Verūtamen id quod a frigido cōgelatur: & a calido ingroſſatum fuit prius: & talis ingroſſatio prouenit ex mixtione partium terrenarū cū aqueis: tūc quidem terreę dominātur: ut ſunt genera gūmi: & ſibi ſimilia. Sed ſi huiuſmodi ingroſſatio prouenerit ex mixtione partium aerearū cum aqueis tunc aereę prępualebunt: ut in lacte: & ideo natat ſuper aquam.

¶ In eo uero in quo fit cōgelatio a frigiditate abſq̨ hoc q̄ igroſſetur a calido prius uincunt profecto partes aqueę: Craſſa autem ſiue a calido ſiue a frigido ingroſſata fuerint. ſunt mixta ex partibus aqueis & terreis. Verūtamen in eo quod ingroſſatū fuit a calido terreę plus dominātur: & hoc. ſ. in his quę a partibus terreis & aqueis ingroſſata fuerūt. Sed in quibus fit ingroſſatio a partibus aereis & aqueis uincent qui

dem aereę:& hoc idem poteſt de diſſolutione perſuaderi:nam in rebus quę a frigi/
do diſſoluũtur & liqueſcũt dominatur ſiccum:ut ſal & ſibi ſimile:& quę a calido diſ/
ſoluũtur,uincit in eis humidum/quoniã non erit difficilis eorum diſſolutio/propte
rea quia calidum ingroſſauit ea priuſq̃ frigiditas congelaret ipſa: ut ſunt plura mine
ralia quę metallãtur:Sed illa quę a calido mollĩũtur tantũ & nõ liquefiunt/ſuperat
in eis ſiccitas:id uero quod nõ congelatur a calido & frigido dominãtur in eo par/
tes aquęę:& non congelatur a calido:propterea quia illa humiditas p̃exiſtit in ipſo
anteq̃ ingroſſetur:Longe ergo minus congelabitur:propterea quia habet parũ de
partibus terreis:id enim quod cõgelatur habet portiones terreas: Neq; etiam con
gelatur a frigido:propterea quia habet parũ de partibus terreis quoq; quia id quod
congelatur habet aliquo modo de partibus terreis : uel huius rei cauſa poteſt eſſe;
quia calidum nõ ſeperatur ab eo ob uehemẽtem contempaturam earum in eo.

¶ Dixit:Humidorũ igitur corporũ quodcũq; cõuertitur in uaporẽ : & diſſipatur,
ſuperat quidẽ aqua in ipſo.ſed quorũ alterũ in alterũ diſſoluitur . Remanet tamen
quoddam aliud nõ diſſolutũ huiuſmodi quidem corpora ex aqua cõſtant & terra
uelut lac & ſibi ſimile:aut ex terra & aere cõſtãtia ut lignũ & arido q̃ aere & aqua
cõſtãt ut oleũ. Dubitabit itaq; aliquis de uino cũ igroſſetur & inſpiſſetur a calido;
ut uinũ nouũ quod quidẽ poſt eius tenuitatẽ redactũ eſt in craſſitiem : & dicamus
ꝙ terreũ dominatur in uino nouo:quod quidem terreũ condenſatur a calido & in/
groſſatur:ꝙ autem terreũ dominetur in uino/teſtimoniũ affertur de quadam,ſar/
cadie regione in qua uinum exſiccatur in utribus:& cum querũt extrahere ipſum,
Scindũt ipſum:& in quocũq; uino dominatur condenſatio dominabitur & terreũ
& aqueũ.Poterit tamen fortaſſe dominari in eo tantũ aqua uelut in uino antiquo.

¶ Dixit & paſſio rei indicat complexionẽ dominãtem in ea:ut aurum & argentũ
& æs & plumbũ & ſtannũ/ atq; uitrum & his ſimilia in quibus aqua dominatur: cu/
ius rei indicium eſt quia a calido diſſoluũtur.idẽtidem & ĩ uino & ſtercore & urina;
atq; ſero dominatur aqua cuius ratio eſt/quia ingroſſantur a frigido.

¶ Dixit & quę facile putreſcunt ſunt frigida:ut ſunt ea in quibus naſcitur uermes
Quoniã calor naturalis corrumpitur a calore extraneo propter debilitatem ipſius
naturalis caloris:& propter hoc quod dixit.ſ.cauſam putredinis eſſe uictoriã frigi/
ditatis:Opinatus eſt Alexander non poſſe generari in ſtomacho animal: putredo
nãq; apud Ariſtotelem fit uel propter nimiũ calorem extraneũ:uel propter infrigi/
dationem caloris naturalis ſuper quem dominatur extraneus.

¶ Dixit & ab huiuſmodi adhuc rebus poſſumus denotare:quę nam uirtus actiua
uel paſſiua dominetur in rebus:Referũtur autem res ad calidum uel frigidũ dupli/
citer.Primo ſecũdum id quod ſibi ineſt a natura:Secũdo uero per accidens : Calor
autem naturalis eſt forma rei.itidem & naturalis frigiditas quoquomodo:Acciden
talis uero calor ut putredo:& uelut calor eueniens rebus extrinſece:ita ꝙ ſint actu
calidę:& ſecundum hunc modum inuenitur frigiditas accidentalis : Quapropter
quodcũq; cõgelatur a calido naturali eſt de neceſſitate calidum.itidẽ & quodcũq;
ingroſſatur a calido:& pręſertim ubi plus de partibus aereis reperitur.Sed id quod
a frigido coagulatur cum frigidum agat in rebus ex ſecũdo intentio impoſſibile ẽ
quin fuerit prius igroſſatũ a calido:& propterea ſunt talia terrea & frigida ut oſſa &
cornua:cum craſſities eorum proueniat ex mixtione partiũ terrenarũ cum aqueis :
Illud uero cuius craſſities prouenit ex mixtiõe partiũ aquoſaꝝ cũ aereis eſt de ne
ceſſitate calidũ,licet cõgeleſ a frigido uelut lac aliter adeps:In quocũq; aũt dominã